INDEX COPIOSVS PRÆCIPVARVM RERVM.

QVÆ OMNIBVS DOCT. MARTINI NAVARRI AB AZPILCVETA OPERIBVS CONTINENTVR.






ROMAE.

Ex Typographia Iacobi Tornerij. Anno D. M. LXXXVIII.

PERMISSV. SVPERIORVM.

AD LECTOREM.

Seligere vt poſſis Nauarri è rure corollas,
Atque roſis, Hoſpes, conſociare roſas.
Hic Index tibi ductor erit, tibi deteget hortos,
Et diſtincta ſuis florida ſenſa locis.
Vt ver è varijs exiſtit floribus, extat
Sic verum è vario dogmate, dogma lege.



IO. HIERONYMO ALBANO. S. R. E CARD. AMPLISS.



IACOBVS TORNERIVS BIBLIOPOLA FELICITATEM.



CVM longo iam vſu, antiquiſſimaque conſuetudine receptum ſit; Cardinalis Ampliſſime, vt ij, qui aliquem librum conſcripſerunt, non ante eum in lucem prodire patiantur, quam alicuius præſtantiſſimi viri nomine commendetur; perabſurdum fore iudicaui, ſi hic liber, qui maiorem, quam ſexcenti alij laudem meretur, inglorius quodammodo, ac pene nudus (licet ipſe per ſe ſit ſatis illuſtris) in hominum manus perueniret. Quare cum huic ego malo mederi vellem, te vnum, ex omnibus mihi deligendum putaui, cui hoc munus dicarem: quod amor erga me tuus ex incredibilis benignitatis, humanitatiſq. tuæ fonte manans ſic poſtulare videatur. Idq; eo libentius feci, quod ſcirē me eius tibi viri virtutem in mentem reuocaturum; quo viuo cum pietatis, tum ſingularis doctrinæ cauſa, tanquam te altero vtebaris. Quamquam illud quoque addam conſentaneū, atque æquum fuiſſe; vt cum nihil adhuc ex hac noſtra bi-

bliotheca ſub tuo ampliſſimo nomine prodierit; hoc tibi opus, & primum, &, vt arbitror, gratiſsimum dedicarem. Cum tot igitur me grauiſſimæ cauſæ ad hoc induxerint; illud ad extremũ, te Cardinalis Ampliſſime, reſtat vt orem, vt omnium Doctoris Nauarri doctiſsimi, religioſiſsimiq. viri operum Indice, quinque eiuſdem elegantiſsimis reſponſis additis eodem, quo tibi conſecratur animo perfruare. Ex noſtra Bibliotheca. Kal. Aprilis. 1588.

MARTINVS DE ZVRIA LECTORI S. D.



IN conſcientiæ caſibus explicandis, quanta fuerit hac noſtra ætate Martini Nauarri auunculi mei ſciẽtia, & prudentia, nemo eſt fere qui neſciat. cuius ego laudes etſi pto mea in illum obſeruantia, & pietate perſequi cuperem, ac fortaſſe etiam deberem pluribus verbis; malo tamen omnino reticere: ne, cum ſint ita illuſtres ipſæ per ſe, lucem ſoli videar addere voluiſſe. Is igitur ea, quæ ad caſus & canones explanandos pertinent, non vno volumine ſed pluribus comprehenſa reliquit, atque alia alijs temporibus edidit. Quare operæ pretium videbatur; ſi, quæ varijs libris eſt ille complexus, eorum omnium ſumma capita, & loci quique præcipui vno Indice clauderentur: quo facilius atque commodius tanti viri doctrina ſacerdotes, cæterique canonum caſuumque ſtudioſi ad Dei gloriam perfruerentur. Hũc ego Indicem, & quidem vberrimum, ſummoque ordine diſpoſitum cum accepiſſem religioſi cuiuſdam viri opera, ſedulo & accurate eſſe confectum, qui diu multumque auunculi mei libros peruolutauit; ſummis ab eo precibus contendi, vt ad alios quoque ſuorũ hunc laborum fructum deriuari pateretur. Atque ita demum hominem mihi cariſſimum atque optimum exoraui, vel potius flagitando pene coëgi, vt non tamen ſuo nomine (quæ ipſius eſt modeſtia) in lucem prodire ſit paſſus. Ego vero qui cum ipſummet pro eius virtute, ac pietate tum religioſiſſimorum patrum ordinem atque familiam, in quam eſt adſcriptus, magna in primis pro eo ac debeo veneratione ac beneuolentia proſequor: etſi auctoris tam fructuoſi operis nomen ſupprimi nollem; tamen quoniam id ab eo extorquere non potui; malo me amicitiæ muneri videri deeſſe, ita ipſius amicitiæ iure ac lege cogente; quã aut contra amicitiæ fidem auctoris nomen indicare, aut fructu te Indicis tam neceſſarij, tam copioſi, tam diſtincti, lector humaniſſime, fraudari. Quanta porro, & quam multiplex ab hoc Indice in tanta Nauarri librorum & opuſculorum varietate ſit vtilitas manatura; facilius ipſe, vt arbitror, ex vſu ipſo & Indicis tractatione poteris, quã

vel

vel ex hac mea epiſtola, vel ex vllius oratione cognoſcere.

Interim vero illud eos ſcire velim, qui ſunt cum Nauarri tum iuris canonici ſtudioſi;me aliud quiddam præterea moliri, quod omnibus gratiſsimum fore confido. Reſponſa enim varia de rebus Canonicis ab eo reddita dum hic Romæ in ſacro ſummæ Pœnitentiariæ Prætorio iuſſu Romani Pōtificis ad huiuſmodi quęſtiones reſponderet,qua in re ſine cōtrouerſia facile inter omnes excelluit: hęc inquā reſponſa quibus ſententiam ſuam de rebus fere grauiſsimis non niſi ſcripto dare ſolitus erat,quæ quingentorum, vt puto, numerum ſuperabūt,nō patiar in tenebris latere diutius,ſed in ordinem titulorum decretalium digeſta,in vnumque volumen coniecta, quam primum curabo, vt excuſa typis poſsint in doctorum hominum manus peruenire. In quo quidem opere cū difficiles fere de rebus maximis quæſtiones profligentur, & quæ tanti viri fuerit ſapientia poterit facile vnuſquiſque perſpicere in conſilijs etiam dandis de ſingulis rebus,quæ certis nimirum locis,perſonis, ac temporibus continentur: quas longe plerumque difficiliores eſſe ad ſtatuendum, quam res vniuerſas generatimque propoſitas quis vel mediocriter eruditus ignorat? & ſimul ad alia prope innumerabilia horum ſimilia decernenda parare ſibi cuique nō magno negotio facultatem licebit, cum ſumma & honeſtiſsima tam varijs rebus cognoſcendis tamquue ſalutaribus voluptate coniunctam. Et quoniam tantum opus partim ad recognoſcendum, partim ad imprimendum non paucis menſibus indigebit; ex his nonnulla hic addere non alienum ab inſtituto noſtro viri graues cenſuerunt: vt vel ex his paucis reliquorum poſsit ſtudioſus lector facere coniecturam, ac rem iam ante deguſtatam eo maiore alacritate ſuſcipere. Illud te ad extremum,prudens lector,admonitum velim, (vt ad rem hoc loco propoſitam redeamus) quoniam ſæpe adhuc quædam Nauarri opera non eodem tempore ſunt excuſa typis, in quibus non modo diuerſi ſunt numeri, ſed res etiam ipſæ aliæ alijs locis diſputatæ; vtraſque editiones, in quibus hæc variantur cū ſuis numeris hoc Indice ſolere citari. Verum antequā ad Indicem veniretur, quo Alphabeti ordine loca Nauarri notantur; cenſuit auctor hoc loco tum notarum explicationem, quibus in hoc Indice eſt vſus, tum ſingulorum eiuſdem Nauarri operum inſcriptiones, ac diuiſiones eſſe præponendas. Vale.

EXPLI-

EXPLICATIO NOTARVM quibus in hoc Indice vtimur.

Admo. Admoneo.
Aduert. Aduertendum.
Alie. rer. Eccle. De alienatione rerum Ecclesiarum. *vel De spolijs clericorum sive in cap. Non liceat Papa.*
Anton. Antonomia.
Auct. Auctario.
Cap. Caput.
Cau. null. Causa nullitatis.
Collig. Colligitur.
Com. Commentarius.
Concl. Conclusio.
Confir. Confirmatio.
Confu.contr. Confutatio contrariorum.
Dat.& promis. De datis, & promissis. *siue commen. in Extrauag Greg.xiij.& Bonifa.8.*
Decla. Declaratio.
Dedu. Deducitur.
Dist. Distinctione.
Except. Exceptio.
Exc. Excommunicatio.
Excu. Excusatur.
Exemp. Exemplum.
Fin. hum. De finibus humanorum vel cap. Cum Minister. *Hæc enim duo apud Nauar. idem valent.*
Glo.sum. Glossa summæ.
Grat. Gratianus.
Hor.can. De Horis canonicis *seu Henchiridion De Oratione.*
Hum.Aur. Humanæ Aures.
Imp. Impedimentum.
Inf. Infertur.
Indulg. De Indulgentijs *seu De Iobeleo.*
Interrog. Interrogatus.
Mis. Miscellanea.
Mon. Moneo.
Not. Notabile.
not. Nota vel Notandum.
Oppos. Oppositio.
Pec. peccant.
Pen. Penultimum.
Pœnit. De pœnitentia.
Præl. præludio.
Præs. præsupponimus.
Præm. præmitto.
Princ. principio.
Prob. probatur.
Red. Eccle. De redditibus Ecclesiasticis *super cap. Quoniam.*
Reg. De Regularibus. { *cap. cui portio. cap. Non dicatis. cap Nullam. cap. statuimus.* }

Commentarij enim Nauarri in hac quatuor capita De Regularibus ita à nobis citantur vt De Reg. Com. 1. intelligatur comentarius in cap. cui Portio. *& De Reg. Com. 2 intelligatur commentarius in cap.* Non dicatis. *& De Reg. Com. 3. intelligatur commentarius in cap.* Nullam, *& De Reg. Com 4 intelligatur commentarius in cap.* Statuimus.

Rem. Remedium.
Rescript. De Rescriptis. *in cap. si quando & cap. Cum contingat.*
Resp. Respondeo.
Rub. In Rubrica. *De Iudicijs & in cap. Nouit.*
Seq. sequitur.
Silent. De silentio. *super cap. In loco benedictionis.*
Spol. cler. De spolijs clericorum. *in cap. Non liceat papa.*
Sum. In summa. *siue Manuale confessariorum.*
Sup. Supponimus.
Susp. suspensione.
Ter.par.glo. tertiæ partis glossæ.

In Veteri idest, in prioribus editionibus, quæ eosdem habent numeros vsque ad annum. 1583. Et In Nouo, idest in posterioribus editionibus ab anno. 1584, ac deinceps, in quibus ijdem semper numeri retinentur. In posterioribus enim editionibus non modo numeri sæpe variantur, sed etiam res ipsæ in alia capita transferuntur.

Et quoniam aliquando citationum numeri sunt longiores propter subdiuisiones. v.g. Infertur, Dico, Noto, Peccat, Colligitur. Deducitur, Probatur & similia; Id circo hos etiam apposuimus quo citius ac facilius quod quæritur, inueniatur.

OPE-

OPERA NAVARRI HOC INDICE COMPREHENSA.



12. cap.



Commentaria in septem distinctiones de POENITENTIA Impressa Romæ anno 1586. in quo seruatur hic ordo Capitulorũ. & §§. Interpretatione donatorũ.

In distinctione prima.

In

In distinctione tertia.

In distinctione quarta.

In distinctione quinta.

In distinctione sexta.

In distinctione septima.

Commẽtarius in Rubricam & Relectio De Iudicijs In cap. NOVIT Impressus Romæ anno 1585. IN RVBRICA tractat de Iudicio siue iudiciali processu sumpto iudicio pro iudicandi actu à fol. 1. vsque ad 83. At In RELECTIONE ponit sex Notabilia.

PRIMVM NOTABILE. Deum omnia nosse. fol. 87.

2. Not. nullam creaturam omnia scire. fol. 93.

3. Not. supremã iurisdictionẽ mere laicam sic esse penes Papam fol. 105.

4. Not. correctionem fraternam sic definiri, & sic præcipi. fol. 167.

5. Not. Denunciationem canonicam sic definiri, & quo ordine ad eam veniendum. fol. 168.

6. Not. Iurisdictionem Ecclesiasticam extendi ad cognoscendum de omni peccato mortali cuiuslibet Christiani etiam laici, ad finem liberandi eum ab illo. fol. 169.

Cõmẽtarius DE ANNO IOBELEO & INDVLGENTIIS in. §. In LEVITICO. sub ca. QVIS ALIQVANDO cõtinet 34. Notabilia Impressus Romę anno 1585.

PRIMVS. §. in Leuitico à Notabili 1. vsq. ad. 7. Notab. à fol. 2. vsq. ad 10.

2. Extrauag. antiquorum de pœnitentia & remissione à Notab. 7. vsque ad 12. à fol. 10. vsque ad 35.

3. Extra. vnigenitus eiusdẽ tit. à Not. 12. vsq. ad 24. à fol. 35. vsq. ad 101.

4. Extrauag. quemadmodum eiusdem tit. à Not. 24. vsque ad 31. à fol. 101. vsque ad 126.

5. Notab. 31. totam indulgentiarum summam continet, partim resoluendo partim remittendo. a fol. 127. vsque ad 143.

6. Extrauag. indictionis anni Iobelei Greg. xiij. Not. 32. fol. 145.

7. Extrauag. eiusdẽ suspensionis aliarum indulgentiarũ. Not. 33. fol. 175.

8. Ceremoniæ aperiendi, & claudendi portam sanctam quibusdam quæsitis vtilibus præmissis. Notab. 34. fol. 181.

Cõmentarius in cap. INTER VERBA xi. q. 3. De gloria, Honore, ac Bona fama, deque Ingloria, Vituperio, Infamia, & Detractione, præmisso nõ nihil de Silentio, & Loquutione, Impressus Romæ anno 1584. continet.

PRAELVDIA tria à fol. 1. vsque ad. 11.

Conclusiones sex colligũtur. quarũ PRIMA non debere quem de laude falsa gaudere, sed tristari. fol. 15.

2. Concl.

2. Concl. debere nos vituperio falſo gaudere. fol.33.
3. Concl. ſufficere nobis laudem conſcientiæ noſtræ. fol. 44.
4. Concl. laudem vnius tantum interdum parere gloriam. fol. 46.
5. Concl. licere deſiderare gloriam, eaque frui. fol. 59.
6. Concl. detractionem ſiue murmurationem eſſe peccatũ. fol. 109.

Commentarius DE DATIS ET PROMISSIS pro iuſtitia vel gratia obtinẽdis in extrauag. Grego. xiij. & Bonifacij. 8. Impreſſus Romæ anno 1584. continet xxxij. Notata à fol. 3. vſque ad finem.

Commentarius De VSVRIS in cap. 1. 14. q. 3. Impreſſus Romæ anno 1584. continet viginti duo notabilia quorum

Primum, & tria ſequentia Notabilia docent ſummam capitis, nomen vſuræ, materiam, & creditum duplex. fol. 1.

Quintum, & conſequentia tria, tradunt vſuræ definitionem, & diuiſionem, malitiam, & frequentiam. fol. 5.

Nonum, & tria ſequentia, vſuræ quæ aptior definitio, quæ requirat, & vſura mentalis vt differat à peccato mentali vſuræ. fol. 10.

Decimum tertium, & tria ſequentia docent ſortem in ſocietate ſaluare, & duplex intereſſe, atque condiciones illam iuſtificantes. fol. 18.

Decimum ſeptimum, & tria ſequentia ſuccurrunt dupliciter mutuanti, defendunt montes pietatis, & maritos dotes accipientes. fol. 36.

Vigeſimum primum, & vigeſimum ſecundũ definiunt, & diuidunt cenſum, & probant non poſſe in perſona conſtitui. fol. 41.

Continet præterea extrauag. Pij Quinti ſuper cenſuum conſtitutione, & decem & octo gloſſas, & quinquaginta quæſtiones ad eam pertinentes. à fol. 54. vſque ad finem.

Commentarius De ALIENATIONE RERVM ECCLESIARVM In principium gloſſæ ſummæ, & DE SPOLIIS CLERICORVM ſuper cap. NON LICEAT PAPAE 12. q. 2. Impreſſus Romæ anno 1584.

DE ALIENATIONE rerum Eccleſiarum, continet. xvi. annotationes à fol. 1. vſque ad 12.

DE SPOLIIS CLERICORVM continet 19. §§. à fol. 13. vſq; ad finẽ.

Com-

Commentarius in cap. HVMANÆ AVRES. 22. q. 5. De veritate responsi partim verbo, partim mente concepti, & De arte bona, & mala simulandi. Impressus Romæ anno 1584. continet. 3. quæstiones.

Commentarius DE SILENTIO in diuinis officijs præsertim in choro seruādo super Cap. IN LOCO BENEDICTIONIS. 5. q. 4. Impressus Romæ anno 1584. continet viginti locos à fol. 6. vsque ad finem.

Commentarius DE FINIBVS HVMANORVM ACTVVM in cap. CVM MINISTER 23. q. 5. Impressus Romæ anno 1584.

Enchiridion de oratione, & HORIS CANONICIS impressus Romæ anno 1586. continet 21. capita: licet In Veteri impressione anno. 1578. contineat. 22. capita.

16. cap.

MISCELLANEA centum de oratione præsertim de psalterio, & rosario Virg. Matris Impressus Romæ anno. 1586. In Veteri autem impressione anno 1578. sunt tantummodo LXIIIJ. Miscellanea à nu. 1. vsq. ad 143.

DE REGVLARIBVS Commentarij quatuor impressi Romæ anno. 1584.

Primus Comment. In cap. Cui portio 12. q. 1. tractat de fine principali, & paupertate ipsorum. fol. 1.

2. Comment. In cap. Non dicatis 12. q. 1. tractat de dominio bonorum regularium. fol. 35.

3. Comment. In cap. Nullam 18. q. 2. tractat de quibusdam institutionibus, & potestatibus prælatorum. fol. 115.

4. Comment. In cap. statuimus 19. q. 3. tractat de stabilitate, & transitu regularium. fol. 191.

Quamquam in Veteri editione triũ tantũ commentariorum mentionem facit, primi In cap. Non dicatis (qui cõtinet fere omnia quæ habentur in cõmentario in ca. Cui portio) secũdi. In cap. Nullã. & tertij In cap. Statuimus. quamobrẽ magna est in numeris quoque varietas.

Tractatus DE REDITIBVS Beneficiorum Ecclesiasticorum super Cap. Quoniam quidquid 16. q. 1. Impressus Romæ anno 1584. continet epistolam nuncupatoriam cum præludijs, & tres quæstiones.

Epistola Nuncupatoria. fol. 3.

Præludia. fol. 6.


1. Quæstio. An mortaliter peccent Beneficiarij Ecclesiastici superflue, aut profane reditus suorũ beneficiorũ impendentes. à fol. 9. vsq; ad 150.

2. Quæstio. An Beneficiarij impendentes superflue, vel profane reditus suorum beneficiorum non solum peccent mortaliter, sed etiam teneantur ad restitutionem. à fol. 151. vsque ad 186.

3. Quæstio. An possint Beneficiarij de reditibus beneficiorum testari. à fol. 187. vsque ad finem.


Relectiones duæ in cap. Si quando, & in cap. Cum contingat. DE RESCRIPTIS. Impressus Romæ anno 1585.

In





INDEX PRAECIPVARVM RERVM, QVAE IN OMNIBVS D. MARTINI NAVARRI OPERIBVS CONTINENTVR.



A

Actus

ANA-

Attritio

B



Benefi

Blasphe-

Causa

Cen-

Con-

Con-

Con-

Con-

Dete-

Diabo-

Dispe-

Dolus

E



Eleemo-

Prædicatorũ, vel Minorũ &c. In ſum. ca. 27. num. 109. & cap. Inter verba 2. conc. nu. 16.

Excommunicatio contra infamantes ordines approbatos, non ligat infamantes perſonas ordinum particulares. In ſum. cap. 27. num. 109. & cap. Inter verba 2. concl. num. 16.

Excommunicatio contra ſcribentes famoſum carmen, vel libellum contra ordines Sancti Franciſci & Sancti Dominici. In ſum. cap. 27. num. 109. & cap. Inter verba 2. concl. num. 16.

EXCOMMVNICATIONES *Papæ reſeruatæ in Bulla cænæ.*

1 EXcommunicatio in hæreticos. In ſum. cap. 27. num. 55.

2 In ſchiſmaticos. In ſum. cap. 27. num. 56. 117.

3 In Appellantes ad futurum concilium. In ſum. cap. 27. num. 58. 110.

4 In Piratas. In ſum. cap. 27. num. 59. & De Iudæis Not. 11. num. 2. 6.

5 In accipientes naufragorum bona. In ſum. cap. 27. num. 60. 117. quando vero liget hæc excommunicatio vide. cap. 17. num. 98.

6 In Imponentes noua pedagia. In ſum cap. 27. num. 61, 115. 118. &c. 128. & cap. 17. nu. 203. Rogatus.

7 In falſarios Bullarum ſeu literarum apoſtolicarum. In ſum. cap. 27. num. 62. 117. quando vero falſarius Bullarum ſit excommunicatus, vide cap. 17. num. 168.

8 In deferentes arma Turcis. In ſum. cap. 27. num. 63. & De Iudeis Not. 1. num. 1. & Not. 4. num. 11. Not. 7. num. 17. 23. & Not. 10. nu. 38. & Not. 11. In fine. glo. 2. num. 1. & gloſ. 5.

9 In Impedientes neceſſaria Romam adducentes. In ſum. cap. 27. num. 64.

10 In male tractantes Romipetas vel alios venientes & recedentes à Curia. &c. In ſum. ca. 27. num. 65. &c.

11 In vſurpantes ſibi iuriſdictionem in vrbe. In ſum. cap. 27. num. 66.

12 In Iniurios Cardinalium. In ſum. cap. 27. num. 67. 96. &c.

13 In Impedientes curſum cauſarum curiæ. In ſum. cap. 27. num. 68.

14 In vſurpantes fructus &c. In ſum. cap. 27. num. 69. 129.

15 In laicos cognoſcentes de criminibus clericorum. In ſum. cap. 27. num. 70. 118.

16 In occupantes bona ſedis apoſtolicæ. In ſum. cap. 27. num. 71. &c.

17 In male abſoluentes à cenſuris Bullæ, quæ tamen non eſt particulariter reſeruata. In ſum. cap. 27. num. 74.

EXCOMMVNICATIONES *Reſeruatæ Papæ extra Bullam Cænæ.*

1 EXcommunicatio in canonum tranſgreſſores. In ſum cap. 27. num. 75.

2 In percuſſorem clerici. In ſum. cap. 27. num. 76.

3 Excommunicatio lata à delegato lapſo anno. In ſum. cap. 27. num. 93.

4 In falſarios. In ſum. cap. 27. num. 93.

5 Excommunicatio lata ab epiſcopis in habentes bullas falſas &c. In ſum. ca. 27. nu. 93.

6 In clericos admittentes excommunicatos à Papa. In ſum. cap. 27. num. 93.

7 In Incendiarios poſt denuntiationem &c. In ſum. cap. cap. 27. num. 94.

8 In ſacrilegos infringentes eccleſias. In ſum. cap. 27. num. 94.

9 In male eligentes Senatorem Romanum. In ſum. cap. 27. num. 95.

10 In clericos ſoluentes talias, ſed reuocata fuit. In ſum. cap. 27. num. 96.

11 In inſequentes Cardinales. In ſum. cap. 27. num. 96. &c. 167.

12 In vexantes excommunicantium cognatos &c. In ſum. cap. 27. num. 98.

13 In Inquiſitores male procedentes. In ſum. cap. 27. num. 100. & De pœnit. diſt. 1. cap. 2. cogitationis num. 7. &c.

14 In Religioſos abſq; facultate adminiſtrantes certa ſacramenta, & abſoluentes à caſibus iure reſeruatis, vel à culpa & pœna, ſine facultate. In ſum. cap. 27. nnm. 101.

15 Continetur in Bulla cænæ. num. 102.

16 In facientes eligere ſepulturas in ſua eccleſia. In ſum. cap. 27. num. 103.

17 In eos qui cogunt celebrare in locis interdictis. In ſum. cap. 27. num. 104.

18 In abſoluentes per cõfeſſionalia Sixti quarti. In ſum. cap. 27. num. 105.

16 In exenterantes mortuos. In ſum. cap. 27. num. 105.

20 In dantes vel accipientes ob ingreſſum Monaſterij. In ſum. cap. 27. num. 105. &c.

21 In committentes Simoniam in ordine vel beneficio. In ſum. cap. 27. num. 106. & cap. 23. num. 111.

22 In eos

EXCOMMVNICATIONES Episcopis reseruatæ.

EXCOMMVNICATIONES partim Episcopis, partim Papæ, vel neutri reseruatæ.

EXCOMMVNICATIONES nemini reseruatæ.

EXCOMMVNICATIONES lib. 6. Decretalium nemini reseruatæ.

&c. In sum.cap.27.num.124.

17 In facientes se metu absolui à censuris. In sum.cap.27.num.125.

18 In fingentem aliquid quo Iudex vadat ad mulierem vt accipiat testimonium. In sum. cap.27.num.125.

19 In Compellentes submittere bona Ecclesiastica. In sum.cap.27.num. 126.

20 In Inuentores nouarum religionũ. In sum. cap.27.num.127.

21 In exigentes ab Ecclesiasticis portoria siue pedagia. In sum.cap.27.num. 128.

22 In sic impedientes iurisdictionem ecclesiasticam. In sum.cap.27.num.69.129.

23 In dominos prohibentes subditis vendere, vel emere à clericis &c. In sum.ca.27. nu.30.

24.&25 In Religiosos temere habitum deserentes, & quis nam dicatur temere habitum relinquere. In sum.cap.27.nu. 131.

26 In religiosos ad studia sine licentia euntes. In sum.cap.27.num.116.132.

27 In doctores docentes leges Religiosos. In sum cap.27.num.134.

28 In sepelientes hæreticos. In sum.cap.27.nu. 134.

29 In Iudices non auxiliantes contra hæreticos. In sum.cap.27.num.135.

29 In Interficientes per assassinos, & quis nã hic intelligatur per assassinum. In sum. cap. 27.num.135.

30 In permittentes fœneratores. In sum.cap. 27.num.136.

31 In dantes represalias contra ecclesiasticos. In sum.cap. 27.num.136.

32 In negligentes persequi iniurias Cardinalibus factas. In sum.cap.27.num.136.

EXCOMMVNICATIONES *Clementinarum nulli reseruatæ.*

33 & prima Excommunicatio Clementinarum in frangentes sequestrum, vel impedientes &c. In sum.cap.27.num.137.

34 In sepelientes in loco sacro interdicto &c. aut interdictos nominatim, vel excommunicatos publicos, aut vsurarios manifestos. In sum.cap.27.num.137. qui vero intelligãtur per sepelientes vide num. 51.& 137. Decla.5.

35 In Religiosos qui sibi appropriãt decimas. In sum cap.27.num.138.

36 In Religiosos adeuntes aulas animo nocendi prælatis. In sum.cap.27.num. 139. & De pœnit.dist.1.cap.cogitationis num 8.

37 In Monachos habentes arma in Monasterio. In sum cap.27.num.139.

38 In Impedientes visitationem monialiũ. In sum.cap.27.num.140.

39 In Imitantes statum Beghinarum. In sum. cap.27.num.140.

40 In contrahentes matrimonium in sex casibus. In sum.cap.27.num.141.

41 In Inquisitores &c. In sum. cap. 27. num. 100.142.& De pœnit.dist. 1. cap. cogitationis num.7.&c.

42 In facientes statuta ad soluendum vsuras. In sum.cap.27.num.143.

43 In mendicantes accipientes nouas domos, vel noua loca ad habitationem &c. In sum. cap.27.num.144.

44 In Religiosos dissuadentes decimas. In sum.cap.27.num.145.

45 In Religiosos negligentes suadere decimas. In sum.cap.27.num.145.

46 In Religiosos non seruantes interdictum. In sum.cap.27.nu.146. & De Rescript. cap. cum contingat Rem.2.num.39.&c.

47 In Impugnantes litteras papæ electi antequam coronetur. In sum. cap.27. num. 147.

48 In Interpretantem Clementinam, EXIVI. In sum.cap.27.num.147.

49 In Bizochos aut beghinos. In sum. cap. 27. num.148.

50 In Imprimentes libros præsertim de sacris rebus sine examine. In sum.cap.27. nu. 148.

51 In Impedientes Nunciorum receptationem. In sum.cap.27.num.149.

52 In alienantes vel locantes bona ecclesiastica &c. extra casus iure permissos; varie tamẽ seruatur in uarijs locis. In sum.cap.25. num. 130.& cap.27.num. 149. & De Alie. rer. eccle.& spol.cler.num.21.&.§.4. num.1.

53 In mulierum raptores, ac illis consilium, auxilium, & fauorem præbentes. In sum. cap 27.num.150. quis vero dicatur Raptor vide. cap. 16. num 3.

54 In cogentes ad matrimonium minus liberum. In sum.cap.27.num.150.

55 In cogẽtes virginem vel aliam qnamcumque mulierem ingredi monasterium, & qui consilium, auxilium, vel fauorem in id dederint. In sum.cap.27.num.150.

56 In Impedientes virginem vel aliam mulierem habentem veli accipiendi voluntatem. &c. In sum.cap.14.num.17.& cap. 27. num. 150.

57 In

Excom-

Filij

FORMA

G



H



Hori

I



Ieiunia

cap.

Intel-

INTEL-

Intel-

K

L



Laico

LV-

M



N



Noto-

O



OR-

Origi-

sum.

Pecunia

Per-

QVAE-

Q



R



Regula-

lator,

 gere

RESV-

S




Sacer-

Sensua-

 sum.

Simo-

T



V



Vendens

pluris

FINIS.



CONSILIVM
DE SACRA VNCTIONE.

SVMMARIVM.

Balsamum Indicum verum est balsamum, quia est genus subalternum ad multas species balsami. num. 1.
De sacramenti substantia est illud, sine quo sacramentum nō consistit. num. 1.2.
Confirmationis materia est chrisma ex oleo & balsamo. num. 3.
Confirmatus per vnctionem tantum iterum vngi debet, intelligitur &c. num. 4.
Balsamum non est de substantia Sacramenti. num. 5.
Verbum chrisma idem quod vnctio significat, nam deducitur &c. num. 6.
Confirmatio tenet, sed supplendum est quod defuit, ait Glossa, &c. num. 7.
Balsamum de præcepto non de substantia requiritur secundum S. Thomam, & verisimile videtur. num. 8.
Chrisma, inquit Innocentius tertius, faciendum ex oleo & balsamo, sed non dicit id esse de substantia. num. 9.
Confirmatio solo oleo facta non est secundum communem sententiam iteranda. num. 10.
Confirmationis suppletio intelligit quod non per alium ministrum, & formam, &c. num. 11.



AN Expediat & quomodo concedere Episcopis Hiberniæ, vt liceat eis vti balsamo Indiarum occidentalium, quia non deest orientale balsamum.

Respondeo primo, quod hæc quæstio videtur pende- 1
re ex solutione vnius quæstionis facti, & alterius iuris. Quæstio facti est, an balsamum Indicum sit verum balsamum: quæstio vero iuris, an balsamum sit de essentia vel substantia chrismatis, quo Sancta mater Ecclesia vtitur in sacramentis, an solum de necessitate præcepti, quo illa statuit balsamum misceri oleo, quo fiat chrisma. si enim balsamum Indicum est verum balsamum frustra est quæstio, et si balsamum non est de substantia, sed

sed tantum de præcepto iuris humani, facile S. D. N. omnium desiderio prouidere potest arg. cap. cuncta per mundum 9.q.3.

Ad priorem quæstionem facti videtur respondere Plinius lib. 12. cap. 25. Balsamum esse arbusculam vni terrarum Iudææ (pro quo apud Sotum vitio impressionis est Indiæ) concessam, viti similiorem quam myrto per quod significat in sola Iudæa illud reperiri, cui consequens est, Indicū non esse verum balsamum; sed eius auctoritas non cogit nos id credere: Tum quia multa ille asserit quæ alij negant. Tum quia multæ orbis partes, tum terræ continentis, tum insularum nostra ætate repertæ sunt, quas etiã Arist. Aug. Lactant. & alij eruditione illustres viri ignorauerunt, in quibus multæ arbores, multę radices, & herbæ antea incognitæ Europæ, innotuerũt: Tũ deniq; quod ipso Plinio authore arboris balsami tria sunt genera & fieri potest, quod licet in Iudæa non sint nisi tria, in alia tamẽ orbis parte tunc ignota, essent plura: fieri etiã potest, quod balsamũ sit genus subalternũ, quod multas habeat species specialissimas alias ab illis tribus quas ille tradit, & cõmuniter quod Indicum balsamũ sit verum balsamũ, licet non sit eiusdẽ speciei specialissimæ, cuius sunt illæ tres Iudaicæ: sicut etiã pyrus est genus subalternum, ad multas species pyrorum, vt & vitis est genus ad multas species vitium. Equidem ipse facile crediderim etiam apud Indos esse varias species balsami, quorum aliæ pretiosiorem & odoratiorem succum, quam aliæ, manant. Quo factum arbitror, vt Episcopi Orbis noui sine vllo scrupulo conficiant chrisma ex oleo & balsamo Indico, imo & multi orbis Hispani, quod satis exprimit etiam Sotus.

2 Ad secundam quæstionem respondeo quod pro parte asserente illud esse de substantia, & essentia chrismatis, ita quod sine illo nõ potest consistere chrisma, facit primo cap. 1. de sacr. vnct. ibi chrisma quod ex oleo fit & balsamo mystica ratione, & paulo post ibi. Hoc vnguento caput & manus episcopi cõsecrentur, vnguentum enim aliquid aliud vltra oleum, requirere videtur: facit etiam ratio, quam contextus appellat ibi mysticum, videlicet quod chrisma, quatenus constat ex balsamo significat odorem famæ bonum, quem debet habere vnctus, iuxta illud Apostoli 2. ad Cor. 2. *Christi bonis odor sumus;* facit item illud cap. 1. in §. Quia vero ibi, vt omnes cõcurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomen oleum est effusum.

3 Secundo, quod Concilium Florentinum in decreto vnctionis Iacobinorum, & Armeniorum habet materiam confirmationis esse chrisma ex oleo & balsamo confectum.

Tertio, quod Sotus in 4. sent. dist. 7. art. 2. dicit pro hac parte, esse vniuersalem fere omnium sententiam.

4 Quarto, quod cap. primum de sacram. non iterand. adiunctis ei, quę annotant Innoc. Host. & alij, probat quod confirmatus per vnctionem olei tantum, debet iterum vngi chrismate ex oleo & balsamo confecto, & non sufficit vngere balsamo, & debet repeti forma confirmationis, consi-

gno

gno te &c. per quod ſignificant,non eſſe tam ſupplendum omiſſum,quod
defuit confirmationi,quam eam de nouo iterandam.
His tamen non obſtantibus contrarium affirmat Caieta. in anno- 5
tat. ad Thom. ſuper 3. p. q. 72. art. 1. & 2. quem nos olim ſecuti fui-
mus in Manua. confeſſ. cap. 22. nu. 8. & poſtea ſecutus fuit etiam Domi.
à Soto. in 4. ſent. diſt. 7. art. 2. pro qua parte videtur eſſe fundamentum
firmum cap. de ſacra. non iteran. in quo Innocen. 3. rogatus de confir-
mata linitione olei tantum; reſpondit non eſſe iterandum ſacramentum,
ſed quod defuit ſupplendum; cum tamen neceſſario debuiſſet reſponde-
re illud eſſe iterandum, ſi admiſtio balſami fuiſſet de ſubſtantia, quod eſt
materia ſacramenti confirmationis, ſecundum omnes, cum nullum fuiſſet
ſacramentum; quod ſine materia ſubſtantiali, & eſſentiali conſiſtere non
poſſit etiam ſecundum omnes.
Secundo, facit quod nullo iure videtur expreſſum contrarium.
Tertio, quod verbum chriſma ſecundum propriam ſignificationem, 6
idem ſignificat quod vnctio, deducitur enim à verbo χρίω, quod eſt vn-
go, ſicut vnctio, à verbo vngo: Ad hoc autem, vt aliqua linitio dicatur
vere vnctio olei, non requiritur, vt balſamum admiſceatur ei; vt probat
prædictum cap. primum de ſacr. vncti. quod multas vnctiones olei Re-
gum, & prophetarum, quæ ſine miſtione balſami fiunt appellat vnctio-
nes, quod ipſum ſit in Reg. 10. 15. & 16. & alibi ſæpe.
Quarto, quod Gloſſa cap. 1. de ſacram. non iteran. non dicit id, quod 7
ei Sotus imponit, appellando eã ridiculam, ſcilicet quod dicit, ideo in ca-
ſu illius cap. non eſſe iterandam confirmationem, quia nulla fuit. Quin
imo expreſſe gloſſ. ait ideo non eſſe iterandum ne fiat ſacramento iniuria,
allegando in id cap. quod quidam 1. q. 1. & cap. oſtenditur de conſecrat.
diſt. 4. per quorum allegationem, quia loquuntur de baptiſmo valido, li-
cet male miniſtrato, præſupponit confirmationem, licet male miniſtrata
eſſet, valuiſſe, & idem ſentit Ber. in figuratione caſus illius cap. & Ioan.
And. Ant. & alij pro ſummario ſecundæ partis ipſius ponunt hoc. In con-
firmato non chriſmatis, ſed olei vnctione, non fiet iteratio, ſed ſupplebitur
prætermiſſum. ſed nec Hadr. in 4. de ſacram. confir. liceat teneat priorem
partem, impoſuit eam prædictæ gloſſæ, neque Caiet. qui hanc partem te-
net reprehendit illam gloſſ. nec meminit alios ibi contra tenere. & ita cõ-
munis, imo omnium mens in illud cap. cõminiſcentium eſt dicere, quod
confirmatio tenuit, ſed erat ſupplendum quod defuit.
Quinto, quod hoc ipſum videtur ſentire Thom. in d. ar. 2. quamuis nec 8
Caiet. neque Sotus id ponderent in illis verbis. ideo oleum competit ma-
teriæ huius ſacramenti. Admiſcetur autem balſamum propter fragrantiã
odoris, quæ redundat ad alios, per illam enim aduerſatiuam, autem, inſi-
nuat oleum quidem eſſe materiam ſubſtantialem, inſtitutam à Chriſto;
admiſtionem autem balſami, non item ſed de præcepto tantum, vt in
ſimili, idem Thom. recep. dixit in 3. p. q. 74. art. 7. vinum quidem eſſe ma-

teriam ſubſtantialem Euchariſtiæ ſub ſpecie vini, ſed miſceri ei aquam, ad maiorem conuenientiam, vt colligitur ex cap. 3. adiunc. 1. & 2. de conſecr. diſt. 2.

Sexto, quod non videtur ueriſimile Dominũ N. IESVM Chriſtũ paupertatisq; cultorẽ, Apoſtolos ſuos pauperes in vniuerſum orbem dimiſſos innumeros baptizaturos & confirmaturos voluiſſe onerare onere emendi balſamum, rem tanti pretii, quam quod ſciebat in paucis terris inueniri, & non poſſe ad tot alias adeo longe ab illis ſeparatas cõmode aduehi, quas tamen in dies & horas tam ipſi, quam eorũ ſucceſſores ad miniſtranda ſacramenta eſſent opus habituri, ſi illud pro parte ſubſtãtiali chriſmatis inſtituiſſet.

9 Ad primum argumentorũ oppoſitorum reſpondetur cõcedendo Inno. 3. in cap. 1. de ſacr. vnct. chriſma de quo loquimur fieri, imo & debere fieri ex oleo & balſamo, ſed negãdo quod dicat vtrumque eſſe de ſubſtantia ſacramenti, ſicut & Alex. Papa relatus in cap. 1. de conſecr. diſt. 2. dixit aquam eſſe miſcendam vino in conſecratione Calicis, & adeo quidem vt Cyprianus relatus in cap. eiuſdem diſt. dicat adeo ſolum vinum non eſſe conſecrandum, quod ſi contra fieret inciperet ſanguis Chriſti eſſe ſine Chriſto. Attamen neuter eorum voluit dicere, quod aqua ſit de ſubſtantia conſecrationis vini, vt dicit Thom. receptus vbi ſupra: & probatur per cap. ſcriptura, quod eſt tertium eiuſdem diſtin. 2. deſumptum ex eodem Cypriano.

10 Ad ſecundum reſpondetur concedendo Conciliũ Trid. probare chriſma debere confici ex oleo & balſamo, adeo quidem quod mortifere peccaret epiſcopus, qui ex oleo ſolo id conficeret, ſed negando, quod probet vtrumque eſſe de ſubſtantia chriſmatis & materiæ confirmationis, ſicut Alex. & Cypr. ſupra relati dicentes vinum aquæ miſtum eſſe materiam ſacramenti calicis; nolunt dicere vtrumque eſſe de ſubſtantia conſecrationis, vt prædictum eſt in reſponſione ad ſecundum.

Ad tertium reſpondetur negando quod vniuerſa fere omnium ſententia teneat confirmationem factam vnctione ſolius olei benedicti, eſſe nullam, & iterandam; quia contrarium patet per ſupradicta.

11 Ad quartum reſpondetur concedendo quidem Hoſti. & poſteriores dixiſſe, quod ſuppletio defectus balſami, quæ in confirmatione contingit non poteſt fieri per ſolam linitionem balſami, & quod debet fieri illis verbis, quibus fit ipſa confirmatio, non quia confirmatio facta ſine balſamo eſt nulla, ſed quia nõ poteſt fieri ſuppletio per alium actum, nec per aliam orationem, quod declarat ibidem Ant. de Butr. nec obſtat quod ſuppletio per linitionem chriſmatis facta, cum eadem oratione, qua fit chriſmatio ſiue cõfirmatio, eſt reiteratio ſacramenti, quia ad reiterationem ſacramenti non ſufficiunt materia, & verba ſine intentione id faciendi, cum ſine intentione debita conficiendi ſacramentum, non conficiatur illud; ſecundum Thom. recep. per omnes 3. p. q. 64. art. 8. & ita cum ſecunda linitio

tio non fiat intentione ministrandi sacramẽtum, sed solum supplendi defectum eius, quod illi iam ministrato defuit, non potest dici iteratio sed suppletio.

Consilium de præbendis.

SVMMARIVM.

Parochus Ecclesiam parochialem non amittit quando ob iustum impedimentum sacris infra annum non fuit insignitus. num. 1.

Ecclesiam parochialem habentem considerare oportet an ex ignorantia iuris, vel negligentia, ordines non susceperit. num. 2.

Ecclesiam parochialem amitti, qui infra annum non promouetur ad sacros ordines, & fructus postea perceptos tenetur restituere. num. 3.

Pensionis reseruatio est nulla quando renuncians ius in beneficio non habet, nisi per clausulas generales saluetur, vel alias virtualiter explicet. num. 5. 8. &c.

Subreptitia est gratia tacito eo quod expressum Principem à concedendo retraheret, nisi expressis aliter appareat. num. 4. 10.

Gratiam annullat expressio falsi mouens Principem ad concedendum, nisi per clausulas generales vel expressas aliud de mente concedentis constet. num. 5. 10.

Mandatum ad conferendum beneficium resignatum non includit beneficium per obitum vacans; & quando resignatio est nulla, nulla est etiam pensionis reseruatio, nisi. &c. num. 6. 9. 10.

Taciturnitas facta per ignorantiam nõ videtur nocere resignanti beneficium. num. 7.

Stilus Curiæ excusat resignantes ex causis certis animum suum ad id mouentibus, & in genere exprimere censetur tituli defectum. num. 8.

Resignans beneficium generaliter, & virtualiter defectu tituli exprimit per clausulas apponi consuetas. num. 10.

QVidam acceptans Ecclesias quasdam parochiales intra annum non facit se promoueri ad ordinem presbyteratus; & aliquot annos percepit fructus dictus parochus & postea, vt satisfaceret Concilio Tridentino resignauit eas in alios, reseruatis sibi pensionibus. Quæritur quid agendum.

Respondeo primo conari eum debere reminisci, an per negligentiam 1
suscipiendi ordines, ipso iure perdidisset illas Ecclesias per lapsum anni: iuxta cap. licet Canon & cap. commissa de electio. lib. 6. nam si quod impedimentũ iustum habuisset, nõ perdidisset eas per d. cap. cõmissa. &c.

Secun-

Secundo quod etiam debet conari meminisse, an sciret, & aduerteret quod per huiusmodi negligentiam perditurus esset præfatas Ecclesias, an ignoraret vel non aduerteret.

2 Tertio quod secundum communem opinionem, is, qui per huiusmodi negligentiam perdit Ecclesiam parochialem, non facit fructus suos, receptos post perditionem iuris, & tenetur restituere eos quoad forū conscientiæ, quamuis regulariter pœna non debeat in illo foro iuxta gloss. sing. in cap. fraternitas 12. q. 2. & nos tradimus in comment. cap. non licet 12. q. 2. §. 12. num. 4.

3 Quarto quod præfatus D. Consulens potest in restituendo, vti vno de tribus remedijs, quę nos ponimus latius & profundius quam aliquis alius in d. §. 12. à num. 2. quæ ibi videre possunt, & quoad propositum casum est valde aptum illud, scilicet restituendi illos illismet familiaribus in quorum fauorem renūtiauit præfata beneficia: eo quod illi ratione gratitudinis possent intuitu pietatis, vel paupertatis suæ vel aliorum cognatorum suorum, remittere illos.

4 Quinto quod contra reseruationem pensionis huiusmodi sine vlla expressione defectus tituli facit primo quod difficilius concessisset Papa pensiones, si sciuisset non competere sibi ius in illis Ecclesijs & gratia Principis facta tacito illo, quod expressum retraxisset, à concedendo, vel tam facile cōcedendo; est surreptitia. cap. postulasti & cap. super literis de rescriptis.

5 Secundo quod licet taciturnitas veri retraxisset Principem à concedendo, nō semper annihilat gratiam. expressio tamen falsi, quod faciliorem reddit Principem ad concedendum; semper annihilat gratiam, iuxta illud: mendax precator careat impetratis l. etsi E. si contrarius vel vtil. public. & cap. super literis de rescrip. & tradimus nos in manu. confess. cap. 22. num. 86. post Rotam 32. de rescrip. in nouis.

At præfatus D. Consulens renuntiando illas Ecclesias asseruit habere ius in illis, quia priuatio præsupponit habitum l. decē. ff. de verb. oblig. ad cap. dissoluens spons. impub. Ergo debet carere gratia pensionum impetrata.

6 Tertio quod sub mandato conferendi beneficium resignatum, non includitur beneficium eius quod per mortem ipsius ante resignationem vacat cap. susceptum de rescrip. lib. 6. ergo nec pensio imposita beneficio propter resignationem valebit quidquam si resignatio non valuit. At resignatio eius quod non est, non valet, quia non entis nullæ sunt qualitates in l. si seruum. §. 1. ff. de actio. emp.

7 Sexto contra vero pro valore gratiæ pensionū facit primo quod præfatus D. Consulens ignorabat, vel saltem non aduertebat, se perdidisse titulum Canonicum, quem habebat, propter negligentiam accipiendi ordinem, & taciturnitas facta per ignorantiam, non videtur nocere cap. gratia de rescrip. lib. 6.

Secundo

Secundo quod passim in Curia fiunt & recipiuntur resignationes litigantium, & resignantibus assignantur pensiones, nec curant partes neque Cancellaria, an resignantes habeant ius nec ne, & stilus Curiæ facit ius cap. quam graui de Crim. fals. 8

Tertio, quod cõmuniter resignantes dicunt se resignare, ex quibusdam causis animum suum ad id mouentibus; sub quibus verbis videtur posse comprehendi defectus boni tit. Et ita videri potest expressus defectus illius saltem in genere quod videtur sufficere.

Quoniam autem supradixi expedire vt videatur copia supplicationis registratæ, suspendo super hoc articulo meam sententiam donec illa monstretur.

Visa post hæc præfata supplicatione addo quod ex illius tenore colligitur sufficienter esse factam mentionem de defectu tituli Papę generaliter vel specialiter. primo quidem per illa verba: *ex certis causis animum suum mouentibus*. secundo per illa: *reseruatis valide infrascriptis & non alias*. tertio per illa: *præmisso, siue alio quouis modo vacet per resignationem coram Notario &c. aut per constitutionem execrabilis vel assecutione vnionis*, & per illa, *alias vacet etiamsi deuote affecti specialiter vel alias ex quauis causa in litteris etiam dispositiue vel conditionaliter exprimenda generaliter reseruata litigiosa cuius litis statum existat*, & per illa *quomodolibet se intromittendum molestandum perturbandum. &c.* & per illa, *illaque ex quauis causa nulla & inualida. &c.* per quæ omnia colligitur Papam voluisse reseruare præfato Alphonso præfatas pensiones etiam si Ecclesiæ vacassent, & collatio fuisset reseruata Papæ vel deuoluta ad ipsum. 9

Ad argumenta in oppsitum facta responderi potest, illorum uim procedere quoniam ex uerbis ipsiusmet Papæ uel literarum eius non constat expresse uel uirtualiter de ipsius intentione argumento l. idem. ff. de excusat. tutorum & l. quidam consulebant. ff. de re iud.

Consilium de vsuris.

SVMMARIVM.

Cambium an mandatarius à se ipso accipere, & literas ad suum agentem dare valeat. num. 1. 12.

Mandatarius de suo cambium dans mutuare pecunias videtur. num. 1.

Vsura est si quid vltra sortem ratione mutui, seu mandati accipitur. num. 2.

Vsura in solo mutui contractu committitur. num. 3.

Non refert quid per æquipollens fiat. num. 4.

Interest nihil cuius negotia geruntur. num. 5.

Mãdatarius multis rationib⁹ lucrũ potest capere. s. ratione interesse. &c. nu. 6.

Emptio-

Emptionis in contractu pecunia absens minus quam præsens æstimatur. num. 7.

Pecunia plus valet Romæ, quam in Hispania. num. 8.

Pecuniam qui soluendo cambium attulit Romam potest interesse petere. nu. 9.

Debitor ex æquo tenetur ad omnia accessoria rei debitæ. num. 10.

Soluere promittit per æquipollens. num. 11.

Pecunia absens an sicut minoris valet quam præsens ita minoris emi possit. num. 13.

Mandatarius à se ipso cambiũ accipiens lucrum cessans accipere potest. nu. 14.

1 QVidam solicitator, siue actor negotiorum quæ de Hispania mittuntur ei Romam, cum mandato accipiendi pecunias ad expedienda necessaria ab aliquo campsore; accipit illas à semetipso; vt liberetur ab onere quærendi fideiussores dandos campsoribus, & etiam animo lucrandi sibi id quod campsor lucrifacturus erat, & postea mittit literas ad Hispaniam, vt suus responsalis recipiat illas cum cambio, paulo minore illo, cum quo soluendę essent, si acciperentur à Campsore, & data dilatione paulo maiore, quam dat Campsor ad soluendum ibi, Quæritur an liceat ei hoc facere?

2 Respondeo quod quæstio hæc grauior est, quã primo aspectu apparet: nam pro parte negãte facit primo quod consulens in effectu, videtur mutuare, data dilatione ad soluendum aliquid vltra sortem, quod est vsura cap. 1. 14. q. 3. Secũdo quod licet contractus pręfatus non sit mutuum, sed mãdati, tamen etiã hic debet esse gratuitus, sicut ille l. 1. §. fin. ff. mandati & §. final. insti. de mandato, & ita, quod accipitur vltra datum, iudicandum est vsura, aut lucrum iniustum.

3 Pro parte autẽ affirmante quod liceat facit primo quod hic cõtractus non est mutui sed mandati, & vsura in solo contractu mutui admittitur, vt constat per definitionem eius, quam etiam nos post alios tradidimus in manu. Confess. cap. 17. num. 206.

4 Secundo quod non refert quid de æquipollentibus fiat l. fin. ff. manda. cap. licet ex quadam de testib. At paria sunt quod consulens capiat pecuniam à mercatore, & à semetipso & si caperet G. quod neque potest quicquam accipere ratione maioris temporis dati ad soluendum argumento cap. in ciuit. de vsur. & traditur in manu. cap. 17. num. 280. & num. 283. dico quod consulens capiendo à Campsore nil peccaret. Ergo nec capiendo à semetipso quicquam peccat.

5 Tertio quod nihil interest eius cuius negotia geruntur an expeditionem literarum soluat de pecunijs Campsoris, an de suis: imo is cuius negotium geritur gaudebit plus, quod illius gestor, qui est amicus eius, lucretur, quam quod Campsor quem forte non cognoscit.

6 Pro resolutione dico primo quod Consulens non potest accipere illud plus, ratione interesse lucri cessantis, quoniam potest solum de pecu-

nijs

nijs suis, quas habet paratas ad negotiandum cum eis emendo, & vendendo merces, aut ad emenda prædia, vel census, ex quibus caperet reditus: sed habet illam pecuniam quasi mortuam, quo casu, non licet capere aliquid vltra sortem, vt resolute diximus in d. manu. cap. 1. num. vltimo litera N. & latius significatur prius in litera L.

Secundo G. quod consulens potest accipere aliquid plus per viam contractus emptionis per quam pecunia præsenti minoris potest emi pecunia maior absens, quod iuste fieri potest, vt probatur in d. manu. litera R. 7

Tertio potest etiam accipere aliquid plus, eoquòd eadē pecunia pluris valet Romæ quam in Hispania; vt etiam ibidem probo, quibus duobus modis quilibet Hispanus sine vllo negotio potest mutuare, vel alias dare suam pecuniam Romæ, vt detur sibi similis pecunia in Hispania cum aliquo augumento vt dixi vbi supra. 8

Quarto quod præfatus Consulens posset accipere aliquod auctarium pecuniæ à se impensæ, si eam attulit ab eadem Hispania, vel aliunde Romam, soluendo cambium, quia suscipit illud ratione interesse damni emergentis, quod licet iuxta l. 1. cum glo. & omni turba commentantium C. de sent. pro eo quod interest, & tradimus nos in manu. Confess. cap. 17. num. 211. 9

Quinto quod etiam potest accipere aliquod auctarium, licet exposuerit pecuniā necunde importatā Romā soluto cambio, sed quæsitam in ea sua industria, vel alio iusto pretio. Præsupposito quod is cuius negotium geritur expresse, vel tacite promisit soluere Romæ, quod pro negotio impenderetur: quoniam cum aliquid soluitur in alio loco, quàm in quo debeat fieri solutio, debet Iudex ex officio suo in actionibus bonæ fidei secundum naturam ex æquo & bono cogere debitorem ad soluendum omnia accessoria rei debitæ; quod perdit ex eo quod alibi fiat solutio iuxta. §. in bonæ fidei insti. de actio. sicut & in actionibus stricti iuris, per actionem arbitrariam iuxta. §. præterea insti. de actio. & dicta & citata Iasonis ibidem præsertim col. 1. & 2. At constat quod interest existentis Romæ, & impendentis in ea centum pro existente in Hispania, qui promisit illa soluere Romæ, vt si soluantur in Hispania, soluatur æstimatio qua illa possunt Romam transportari. Quod autē in casu proposito expresse is, cuius negotiū est gestū promisit cōsulenti soluere Romæ. cōstare pōt, vel si expresse id cōmisit: quod autem tacite promiserit, videtur cōstare. tum quia mandauit vt consulens acciperet pecuniam à campsore, & remitteret soluendam in Hispaniam cum cambio, quo remissio constaret, id enim effectu est promittere, soluere Romæ transmittendo pecuniam per campsorem, siue bancarium soluto iusto cambio: nec quicquam refert quod ad propositum nostrū, vtrum eorum fiat, & ita alterum alteri æquipollent; & non refert quid de æquipollentibus fiat l. fin. ff. manda. quia ratio naturalis, diuina & humana præcipiunt, ne benefactoribus male faciamus, imò quod benefaciamus l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. mi- 10 11

 leti-

lesi.cap.cum in officijs de testam. ergo residenti Romæ benefacienti non debet suscipiens beneficium in Hispania velle malefacere, vt qui nollet soluere Romano impendenti Romæ decem scuta, nisi totidem in Hispania redderet, vtique malum pro beneficio inferret, ergo pręsumendum est quod voluit soluere Romæ, vbi pecunia fuit impensa, cum quilibet pręsumatur bonus l.merito.ff. pro socio cap. fin. de præsump. quod præfatus

12 Consulens potest iuste accipere tantum augmentum, quantum campsor siue bancarius potest iuste exigere ratione, quod fuerit promissum soluere cum cambio, quo transmissio constaret. quantum autē Campsores huius temporis plus iusto iuste possunt recipere, magnæ quæstionis est, & quidem mihi visum fuit in Manu.confess.cap.17.num.283.

13 Septimo quod quæstionis nouæ, & maximæ videtur esse, an sicut pecunia absens minoris valet cæteris paribus quam pręsens; & iuste potest minoris emi, quam præsens: ita & præstatio eius præsens valeat pluris, quam præstatio ab hinc anno, vt maiori vel minori tempore; si enim pluris valeret, possent campsores non solum recipere plusquam dant, ratione emptionis pecunię absentis dando præsentem; & ratione valoris maioris, quē habet pecunia Romę, quam in Hispania; sed etiam ratione maioris valoris, quem habet pręstatio pecunię præsens, quā præstatio facienda post aliquod tempus: & pro parte quidem affirmante faciunt illa quibus defendimus in Manu. cap.17.num. 230. quod actio recuperandi pecuniam debitam post aliquod tempus, potest pecunia emi minore illa debita; quod tamen nunc non definio.

14 Octauo resolutiue ad quæstionem respondeo quod Consulens potest accipere tantum suę pecuniæ augumentum, quantum potest iuste accipere Campsor, alia ratione.s. lucri cessantis, ex eo quod propter artem Campsoriam, non vtatur mercatura. quantum vero is iuste accipere possit, quęstionis est non paruæ, vt ex supradictis, & latius traditis in dicto Manu.cap.17. num. vltimo litera E. colligi potest: & ex eo quod satis scitur qui campsores dicuntur relinquere artem mercaturæ, propter artē campsoriam, neque quo fine & qua ratione, vel qua necessitate publica vel particulari vtilitate proximi ita id faciunt, vt censeatur mereri interesse lucri cessantis.

Nono quod ob prędicta videtur, posse consulentem accipere tantum augmentum, quantum darent ei campsores, vel bancarij si eis daret pecuniam reddendam sibi in Hispania.

Consilium de emptione & venditione.

SVMMARIVM.

Læsio parui valoris non est peccatum mortale, quando accipitur, absque int[en]tione perueniendi ad peccatum mortale. num. 1.10.

Taxa

Taxa seu lex Principis non obligat ad peccatum mortale, sed taxa reducitur ad præceptum de non furando, & lex diuina obligat ad peccatum mortale. num. 2.11.15.

Consuetudo vrbis est quod aliquid vltra taxam vendentis detur, & dantes excusantur, nisi quando vtuntur malis conuentionibus. num. 3.19.

Dispensationem consuetudo tolerata inducit. non tamen contra legem naturalem. num. 4.15.

Tolerantia Principis excusat quando est tolerantia approbatiua, sed non quando tantum permissiua. num. 4. 20.

Obsonatores consentientes peccato vendentium peccant. num. 5.

Ementes obsonia, & cum vendentibus conuenientes, fraudem & dolum contra prudentiam committunt. num. 6.

Vendentes parua minutatim vltra taxam peccant mortaliter, quia habent animum perueniendi ad summam sufficientem ad peccatum mortale. nu. 7.10.

Obsonia ementes, & conuenientes cum venditoribus veritatem celare, peccant, & lædunt Rempublicam. num. 8.

Obsonatores & venditores dolo vtuntur, & mentiri promittunt & damnum inferunt. num. 9.

Eligens indignum licet puniendus non sit pœna legis humanæ puniendus tamen pœna legis naturæ. num. 11.

Obsonatores & venditores peccant mortaliter, quia habent propositum peierandi. num. 12.

Obsonatores peccant mortaliter quia conueniunt ad iustam interrogationem veritatem tacere. num. 13.

Obsonatores & vendentes peccant mortaliter volendo rem publicam & priuatam lædere, & machinando ne delicta puniantur. num. 14.

Legis humanæ transgressio est peccatum saltem veniale, sed fraudare taxam est furtum. num. 16.

Vendentium carius læsio non est parua. num. 17.

Lex humana aliquando obligat ad mortale peccatum. num. 18.

Ementes donare possunt venditoribus, sed non vti malis conuentionibus. num. 19.

IS ad quem pertinet imponere pretium iustum carnibus, & alijs cibarijs tulit leges iustas super pretio, & modo ea vendendi multi autem obsonatores & venditores obsoniorum frangunt eas. 1

Quæritur an peccent mortaliter, & teneantur ad restituendum damnum eis, quos læserunt.

Pro parte negante facit primo, quod læsio parua non efficit peccatum mortale, vt colligitur ex Augustino relato à Gratia. in cap. vnum. §. criminis &. §. quoties 25. dist. & ex S. Tho. 2.2. q. 49. ar. 4. quem sequimur in nostro Manu. confess. præl. 9. num. 12. & cap. 11. nu. 4. & cap. 17. num. 2. At obsonatores & obsoniorum venditores saltem qui parua obso-

nia emunt vel vendunt ex vna libra carnium, vel piscium, & ex vno modiolo cicerum vel liguminum vix addunt vel detrahunt tres vel quatuor quatrinos, siue obolos.

1 Secundo quod leges ciuiles siue sæculares non obligant ad peccatum mortale, nisi aliqua de ibi scriptis interueniant probamus nos post alios in manua.confess. cap.23.a num.48.num.60.

2 Tertio quod consuetudo multarum ciuitatum presertim vrbis & aliarum magnarum habet, vt obsonatores soluant vendentibus obsonia aliquid amplius iusto pretio, vt eis ea libenter & cito vendant, & ne renuant eis vendere obsonia quando eorum copia non inuenitur.

3 Quarto quod præfata consuetudo dicitur esse notoria in Vrbe quam præsumitur Papa scire & tolerare, & tolerantia Principis circa ea, quæ sunt iuris humani videtur inducere dispensationem iuxta gloss. celebr. & à Panor. putatam singular. & a præpo. menti tenendam in cap. quia circa de consang. & affin.

4 Pro parte vero affirmante facit primo quod omnis lex iusta. tam sæcularis quam Ecclesiastica potest obligare ad peccatũ mortale imo obligat iuxta illud Pauli ad Rom. 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & infra: necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam & alia, quæ nos post alios citamus in d. manu. vbi supra.

5 Secundo quod qui consentit peccato peccat cap. 1. ad Rom. cap. notum. 2. q. 1. & cap. 1. de offi. deleg. At obsonatores præfati consentiunt transgressioni iustæ legis, qua vendentes fraudant legem, & etiam vendentes consentiunt peccato obsonatorum, quo fraudant heros suos ergo omnes peccant.

6 Tertio quod fraus & dolus sint vitia contraria prudentiæ tradit. S.Thom. 2.2.q.57.ar.1.quem sequimur in d. manu. cap. 23. num.77. At præfati obsonatores & venditores dolum & fraudem committunt in prædictorum obsoniorum emptione & venditione. Ergo peccant mortaliter si paruitas non excusat, qua non excusari in sequenti arg. probatur.

7 Quarto quod licet paruitas rei acceptæ vel damni dati excuset à culpa mortali, quando accipitur vel fit sine intentione accipiendi quantitatem notabilem etiam si posset, statim vel successiue quantitatẽ quæ semel facta induceret culpam mortalem, non tamen excusat quando fit cum tali intentione; vt nos tradimus in d. manu. cap. 17. num. 139. At prædicti obsonatores & venditores ea intentione parum qualibet vice accipiunt vel lædunt, vt statim si possent vel saltem dictim id faciendo augerent læsionem ad tantam, imo maiorem quantitatem, quam requiratur ad hoc vt simul & semel data vel facta efficiat culpam mortalem ergo peccant mortaliter.

8 Quinto quod præfati obsonatores & venditores conueniunt inter se vt ita respondeant ædilibus, quibus est cura detegendi has fraudes & dolos

super quantitate obsoniorum emptorum, & pretio eis soluto, vt mentiantur & occultent illa, quibus vtuntur & nequeat sciri culpa quam tegunt, & esset punienda in vtilitatem reipub. quæ sunt manifesta peccata, & cum lædant notabiliter vtilitatem publicam, & etiam priuatam sunt mortifera per prædicta.

His pro vtraque parte propensis dicendum videtur primo, negari nõ 9
posse præfatos obsonatores, & venditores clare peccare: Tum quia vtuntur dolo & versutia, quæ sunt vitia contra prudentiam virtutem, vt tangitur arg. 3. pro parte affirmante formato. Tum quia mentiuntur & conueniunt vt mentiantur, ita vt obsonatores dicant se emisse minorem quantitatem, quam emerunt: ne venditor condemnetur, eo quod tradidit minorem quantitatem, quam debebat, cum omne mendacium sit peccatum cap. primum. 22. q. 2. & mortiferum, si notabile damnum infert vt post 10
alios tradimus in prædicto Manual. cap. 18. num. 3.

Secũdo quod nõ possunt excusari pręfati legum prædictarũ fraudatores à culpa mortifera eo quod parum qualibet vice lædunt propter arg. 4. pro parte affirmante formatum: quia licet intendant parum lædere, qualibet vice, intendunt tamen notabiliter lædere multis vicibus, vt ibi dicitur.

Tertio quod quãuis pręfati fraudatores forte non peccent mortaliter 11
eo quod frangant legem ciuilem vel secularem tantum, eoquod auctor eam ferens non intendit obligare transgressorem ad peccatum mortale iuxta citata in 2. argumento pro parte negante formato, possunt tamen dici peccare mortaliter eoquod trãsgrediantur legem illã naturalem de non vendendo nimis care pretio iniusto cõtra taxam auctoritate publica Reipub. positam, quæ reducitur ad pręceptum de non furando, quod est lex naturalis qualia sunt omnia præcepta Decalogi, quorum vnum est illud vti tradit Thom. recep. 22. q. 22. ar. 1. declarãdo illa quæ originaliter fuerunt lata exod. 20. & referuntur in gloss. cap. quid in omnibus 32. q. 7. per resolutionem quę colligitur ex d. Manu. cap. 23. num. 56. scilicet quod licet lex vt lata a tali, vel tali non obliget ad peccatum mortale, potest tamen obligare ad illud, quatenus est lata ab alio iuxta. cap. perpetuo de Electio. lib. 6. quatenus probat, quod licet frangens legem humanam quæ vetat eligere indignum, non sit puniendus pœna illius legis, puniendus tamen est pœna legis naturalis, & diuinę quæ prohibet eiusmodi electionem.

Quarto quod etiam est certum eosdem fraudatores peccare mortaliter 12
quatenus paciscuntur ne reuelent veritatem quantitatis obsonij empti & pretij soluti, etiam si ab ædibus adiurati fuerint reuelare illam: quoniam concipiunt propositum peierandi, quod est mortiferum, etiamsi postea non peieretur quia voluntas peccandi aliquod peccatum, est peccatum etiam si postea non committatur: cum voluntas pro facto reputetur cap. dixi, & cap. magna de pœniten. dist. 5. adiunctis gloss. & alijs quæ nos

ibi

ibi adiecimus præsertim quoad forum conscientiæ, & adeo quidem vt S. Tho. ab alijs receptus deduceret in quæstionẽ in 1. 2. q. 20. ar. 4. an exterior actus augeat malitiam vel bonitatem actus interioris; & determinat quod non regulariter, cæteris paribus, si voluntas est perfecta.

13 Quinto quod etiam dicti fraudatores peccant concipiendo propositum mentiendi simpliciter non affirmando id iuramento præstito secundum intẽtionem ædiliũ interrogantium, sed alia per cap. quacumque arte 22. q. 5. quod habet taliter iurantem bis peccare, quia nomen Domini in uanum assumit, & proximum decipit.

14 Sexto quod etiam peccant volendo rem publicam & priuatam lędere: tum tollendo legem iustam & sanctam eis multum cõuenientem: tum machinando ne delicta puniantur, quod est contra interesse notabile Reip. l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquil. & cap. vt famæ de senten. excom. tum colludendo vt emptores priuati et heri obsonatorum carius emant, pretio nimis iniusto cum interesse priuatorum: Tum quod non obstat quod lex humana, qualis est hæc de qua loquimur potest tolli cõsuetudine rationabili cap. fin. de consuetud. partim, quia præfata consuetudo

15 est rationabilis quod requirit illud cap. imo irrationabilis, est magna corruptela, vt probant rationes præcedentes: quia non solum est contra solam legem humanam, sed etiam contra naturalem, & diuinam ut prædictum est, nam quamuis taxa pretij obsoniorum humana lege sit polita, lex tamen qua vetamur pretio nimio iniusto emere, & emptionem dolo & astutijs palliare, est naturalis, & diuina inclusa intra septimum præceptũ de non furando, & non capiendo aliena sine titulo iusto vt prædictum est, quas non potest lex humana tollere cap. sunt quidam 25. q. 1. & cap. quo iure. 8. dist.

16 Non obstant citata pro parte negante. Ad primum enim respondetur concedendo primo paruitatem læsionis excusare quidem à culpa mortali: non autem à ueniali quoniam secundum omnes furtum quamlibet paruum est peccatum saltem veniale, si vere furtum est, & contra voluntatem Domini fit, vt satis colligitur ex Caiet. 22. q. 59. ar. 4. ad 2.

17 Secũdo negando quod læsio prædictorum fraudatorum est parua, imo vero est magna, & malis magnis circunstantijs contecta, vt supra ostensum est in arg. 4. pro parte affirmante formato.

18 Ad secundum respondetur negando legem ciuilem & sæcularem non obligare ad mortale peccatum per ea, quæ citata sunt in primo argumento pro parte affirmante facto.

19 Ad Tertium cõcedendo quidem licite posse obsonatores dare aliquid venditoribus obsoniorum ut eis libentius, & gratiosius vendant sine præiudicio animarum suarum & proximorum: non tamen vtendo malis conuentionibus, falsis iuramentis, iniquis mendacijs, & iniquo præiudicio Reipub. ac priuatorum proximorum quod faciunt præfati obsonatores, & obsoniorum venditores, vt præceptum est.

Ad quartum negando quod S. D. N. sciat & toleret, saltem approbando ea quæ prædicti fraudatores faciunt: quia vel ignorat ea, uel solum tolerat eo quod non deducuntur in iudicium, vel nõ probantur; iuxta cap. cum iamdudum de præbendis. Sed solum permittuntur permissione non approbatiua, sed solum toleratiua iuxta gloss. celebr. quæ de hac duplici promissione meminit in cap. denique 4. dist. 20

Consilium de Homicidio.

SVMMARIVM.

Dispensandi facultas generaliter concessa, excepto homicidio voluntario, & bigamia, non extenditur ad irregularitatem prouenientem ex iusto homicidio, seu mutilatione. num. 1

Episcopi dispensare non possunt super bigamia, vel mutilatione iusta, quæ ex delicto non prouenit. num. 2.

AN habens potestatem dispensandi super omni irregularitate, excepta illa quæ nascitur ex bigamia, vel homicidio voluntario; possit dispensare super irregularitate contracta ex homicidio iusto, voluntarie facto, in bello iusto, cum armis, vel in pace condemnando iuste aliquem ad mortem, vel condemnationem iustam exequentem, vel defendendo proximum, vel quouis alio iusto modo, dicemus infra ne hunc locum, licet ei magis congrueret, nimis occupemus.

Respódeo quod nos docuimus in Manu. Confess. cap. 27. num. 217. quod 1
episcopus non potest; sed nou probauimus id vlla ratione, remittentes ad numerum 240. pro quo tamen facit consuetudo totius orbis petendi illá à Papa, & quod nullo Canone illa potestas sit Episcopo, & quod non sit illa etiam in cap. liceat de. Refor. 24. sess. Concil. Trid. quia per illud datur potestas dispensandi super irregularitate descendéte ex delicto; hæc autem non descendit ex delicto, & quod non obstat quod potest Episcopus dispensare super irregularitate illicite contracta. Ergo à fortiori in contracta licite. Quia irregularitas bigamiæ sine peccato contrahitur, & tamen certum est, episcopum non posse super ea dispensare. Tum per stilum Curiæ: tum quia nec Papa dispensat nisi rarissime, & maxima cum difficultate, & dilatione: Tum (quæ noua ponderatio est) cap. illud liceàt excipit irregularitatem ex homicidio volútario, nulla facta mentione de 2
irregularitate ex bigamia; & non alia ratione, quàm quia hæc, non nascitur ex delicto, & consequenter habuit eam pro excepta, eoquod non nascitur ex delicto, & consequenter irregularitatem quæ non nascitur ex delicto, Episcopus tollere nequit: Tum quia Episcopus eam tollere nequit,

quit, secundum speculatorem de dispensat. §. Nunc breuiter num. 3. & probatur irrefragabiliter in cap. aliquantos 51. dist. quatenus punit eorum etiam ordinatores, quos non puniret si dispensare possent, quoniam dispensando poterant ordinare: tum quia legatus licet possit dispensare in omnibus, in quibus possunt ordinarij, non tamen possunt in alijs, nisi specialem habeant ad id facultatem, uel aliquo Canone ei specialiter concedatur, qualis non est. &c.

AD LECTOREM.

Te mendax fallit varijs erroribus index.
Quid facerem? culpa hæc non mea, culpa typi est.
Siue typi culpa hæc, seu sit mea, corrige tortas
Ne male te ducant, Lector amice, vias.

FINIS.



ROMAE, Ex Typographia Iacobi Tornerij.
M. D. LXXXVIII.

ENCHIRIDION,
SIVE
MANVALE
CONFESSARIORVM, ET PAENITENTIVM,

Complectens pene resolutionem omnium dubiorum, quæ communiter in sacris confessionibus occurrere solent circa peccata, absolutiones, restitutiones, censuras, & irregularitates.

AVCTORE MARTINO ab AZPILCVETA
DOCTORE NAVARRO

Nunc quarto

Recognitum, & innumeris pene locis emendatum, & multis locupletatum ab eodem in Romana Curia S. D. N. GREGORII XIII. eiusq. in foro Penitentiariæ obsequijs inseruiente.

Ad S. D. N. Gregorium XIII. Pont. Opt. Max.



VENETIIS, Apud Hæredes Francisci Ziletti. MDLXXXIX.

Insignis forma, doctrina insignior vnus.
At superat summi cultus vtrunque Dei.



AVCTORIS INSIGNIA GENTILICIA.





S. D. N. GREGORIO XIII. PONT. OPT. MAX.

MARTINVS ab AZPILCVETA DOCTOR NAVARRVS

In ista mira gubernandi vigilantia perpetuam perseuerantiam.



VOD ENCHIRIDION, siue Manuale Confessariorum, & pęnitentium ante annos uiginti sermone vulgari edideram, nunc latinitate donatum editurus, tuæ, quæ secundum diuinam prima est, Maiestati, audeo nuncupare, B. Pater; non quidem quòd humilitatem Auctoris, & operis non agnoscam; neque quòd istam tuam, Sacrosanctęque Sedis, cui præsides, sublimitatem post Dei maximam, cui nil nisi altum offerri decuit, exploratam non habeam: sed quod in id me moueat primum uehemens illud desiderium signo aliquo testandi meam erga te obseruantiam, & pietatem, conceptum iam inde, a quo tempore missus in Hispaniam à latere Legatus, admirabilis prudentiæ, iustitiæ, constantiæq; specimē toti ei edidisti Illustriss. Deinde quod visum est nonnullis, esse muneris, ætatis, & officij mei, ut qui iunior in aliis Regnis multis Regibus, & principibus offi-

cinæ meæ pauperis munuſcula obtulerim, iam ſenio multis annis in tuis moratus; & ſacerrimo tuæ Pœnitentiariæ Prætorio adſcriptus, offeram iſtud humile quidem, ſed ad id, ni fallor, perutile, & longe alijs præſtantius Sanctitati tuæ, à qua & fæl. record. Pio V. quem tu tanti facis, tantoque opere præter aliorum conſuetudinem, quibus Præceſſorum facta diſplicere ſolent, imitaris, & qua licèt exuperas, maiora beneficia, quàm unquam ab alijs accepi. Accedit quòd eiſdem ipſis viſum eſt, ut opus in Hiſpania hiſpano ſermone ab homine Hiſpano cõpoſitum Hiſpaniarum ſummæ eidemq́ue incomparabili Proreginæ Dominæ Ioannę Auſtriacę Luſitanię Principi dicatum; idẽ in Latio ab homine iam quadamtenus Latino factum latinum Latinorum Regi, totiusq́ue Chriſtiani populi ſummo Patri dicetur, quo ut illud fuit ab omnibus illius ſubditis maximo cum plauſu ſuſceptum, ob Maieſtatem tantæ Patronæ, quæ tot Auguſtorum, & Auguſtarum, tot Regum, & Reginarum uxor, mater, filia, nurus, ſoror, amita, & matertera extitit, & extat; quæque omnium uirtutum heroicarum radijs, ceu ſydus irradians, earum ſe toti orbi præſtat exemplar: ita hoc à toto orbe Chriſtiano tibi ſubdito pari plauſu, & eo maiori, quo materies illius ſpirituum patri magis, quàm corporum dominis conueniat, ſuſcipiatur, te patrono velut Deo quodam tutelari; qui nõ ſolum dignitate, qua Prodeus es; ſed etiam meritis longo interuallo omnes ſuperas; quippe qui per ingenitas, & inditas animi, corporisque dotes diuini, humanique iuris; præſtantiſſimarumque omnium artium exactam cognitionem tibi comparaſti; quique ab ineunte ætate concreſcentem prudentiam,

dentiam, iustitiam, fortitudinem, constantiam, modestiam, omneque virtutis decus coluisti, ita ut existimeris alius Fabius Maximus temperantia, Curius frugalitate, Xenocrates constantia, Fabricius magnanimitate, Scipio prudentia, Marcellus animo, iustitia Cato, Iulius dictator clementia, nisi qua parte ea fide, spe, ac charitate exornando eos superas, per quas ab imo in summa per omnes munerum gradus progressus, & non per flexaminas, ac potentes Cæsarum, Regumq; commendationes, non per eblandita suffragia viam tibi ad hanc monarchiam muniuisti, aut certe Deus ipse muniuit; & ita quidem, ut dignus fueris, qui prima collatione intra Sacrosanctum Illustrissimorum Cardinalium conclaue habita, Spiritu sancto afflante, omnium unanimi consensu in Max. Pont. deligereris; cum numquam fortassis in Summo illo Senatu interregni anterioris, tanto muneri subeundo tot pares fuerint. Quo euenit, ut si ullus unquam huic cæli vicariæ vrbi, adeoque toti imperio Christiano iucundissimus dies illuxit; si ex honore cuiquam delato ad illos, qui eum decreuerunt immortalis gloria, & ad bonos omnes incredibilis lætitia redundauit, is certe III. Idus Maias M. D. LXXII. concordibus cunctis omnium sacri Senatus Patrum suffragijs, te Pontif. Max. renunciato, obtigit. Quid enim factum est unquam, uel ad commendationem Patrum purpuratorum illustrium, uel ad recreandum Rempublicam Christianam morte Pientissimi Pontificis Pij V. cuius in locum suffectus es, summo mœrore confectum opportunius, aut sapientius, quàm te Dei Vicarium delectum esse? Neque verò patres purpuratos sua fefellit

ſpes, nec orbem ſua expectatio; quandoquidem cerneris tecum te reputare, non tam Regem dominantem, quàm paſtorem vere Gregorium ſuper grege tuo vigilare debentem, vocatumq́ue à Deo tamquam Aaron, non ad feſtum, non ad uoluptates, aut otium; ſed ad labores, curas & uigilias; quibus ita te totum dedis, ut nihil à te inferius Solium modeſtè recteq́ue moderante, nunc ſupremum moderans degeneres, & (ut Fabricij uerbo utar) difficilius à recto, quàm Sol à ſuo curſu, auertaris. Quamobrem B. P. confidenter ſupplico S. T. ut hoc munus humile humillimi filij, & ſerui, quod antea ſereno animo ſuſcepiſſes, nunc ſereniſſimo ſuſcipere digneris: ſimul benedictionem tuam Apoſtolicam impartiri ei iam octogenario, quo te præeat in cœlum, in aliquo eius receſſu locandus; ex quo te olim poſt multos annos ſanctiſſimè populo Chriſtiano impenſos, uidere liceat, maximo dracone uicto, ampliſſima eius ſede, uel alia cuiuſpiam eiuſdem ordinis, donatum. Amen.

BEATISSIME PATER.



N Enchiridion, ſiue Manuale Confeſſariorum, quod Sanctitati tuæ octogenarius ante circiter decem annos dedicaueram, & poſtea ter in hoc decennio reuiſum, & nunc iam quantò ſerius, & accuratius, adeò pluribus in locis, quàm putabam emendatum, auctum, ordinatum, & illucidatum, (vt cuipiam videri poſſit nouum)

denuo

denuo eidem nonogenarius conſecro : ſupplicando quàm humillime ſublimitati tuæ poſt diuinam primę, vt ex altu humilia reſpiciens, animo de more ſereno, ac benigno ſuſcipere digneris munus pauper in paupere officina refectum , & ab Authore paupere quidem , ſed quàm digniſſimam pro ſua tenuitate concipere poteſt, reuerentia oblatum ; quo animoſius audeam eidem offerre alia omnia opuſcula mea ſimili diligentia recognita , & lucidiora , vtilioraque facta ſimul typis excuſa ; quod propediem me facturum ſpero . In gloriam D. N. Ieſu Chriſti , qui te ſuum ſummum in terris Vicarium Eccleſiæ ſuæ ſanctæ quàm diutiſſime ſeruet incolumen . Amen .





D FVTVRAM Rei Memoriam. Cum à fęl.record. Pio Papa Quinto prædecessore nostro emanauerint literæ tenoris subsequentis. Dilecto filio Martino ab Azpilcueta Decretorum Doctori Pius Papa Quintus. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum à fęl. record. Paulo Papa Tertio prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis. Dilecto filio Martino ab Azpilcueta Decretorum Doctori, primariam cathedram Iuris Canonici in vniuersitate studij Conimbricensis actu Regenti. Paulus Papa Tertius. Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem. Cum sicut nobis exponi fecisti, ut aliis iuxta traditum tibi à Deo talentum prodesse posses, nonnullas lecturas super voluminibus Decreti, & Decretalium non sine maximis laboribus, & uigiliis, ad laudem diuini nominis, cuius ope literariæ rei, & Christianæ Reipublicæ consuluisse, & profecisse credis, scribendo composueris, & compilaueris, easque de proximo tuis, propriis expensis in lucem edere, & imprimi facere intendas, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi, quòd lecturæ huiusmodi absque tuo consensu imprimi non possint, ut tuarum uigiliarum effectu læteris, concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos uolentes te specialis gratiæ fauore prosequi huiusmodi supplicationibus inclinati tibi, quòd ad septennium a die, quo tu lecturas prædictas imprimi feceris computandum, nullus alius per uniuersum orbem Christianum constitutus lecturas ipsas, uel illarum partem aliquam imprimere, seu imprimi facere, vel impressas in sua domo, aut alibi habere, & tenere, nec illas vendere, seu mutuo aut ex dono, vel alias donare possit auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia indulgemus: districtè inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, eo ipso si contrafactum fuerit incurrenda, omnibus, & singulis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, & quauis apostolica authoritate, aut facultate fungentib. per vniuersum orbem constitutis, ne lecturas huiusmodi, vel earum partem aliquam absque tuo expresso consensu, & licentia septennio prædicto duntaxat durante imprimere, seu imprimi facere, aut uendere, seu donare præsumat. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quarumcunque prouinciarum, & locorum statutis, & consuetudinibus, etiã iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon priuilegiis, Indulgentiis, & literis apostolicis quibusuis prouinciis, & illarum personis, ac vniuersitatibus, & collegiis, etiam per nos, & Sedem Apostolicam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam derogatoriarum derogatariis, vel alias quomodolibet concessis, confirmatis, ac etiam iteratis uicibus innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de uerbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis, ac de uerbo ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die viij. Ianuarij M. D. X L I I I I. Pontificatus nostri anno nono. Et deinde. Cum sicut nobis nuper tu exponi fecisti,

sicut

ſicut aſſeris, rogeris à multis, ut opera tua tam prius edita, quàm nondum edita, quæ ſuper iure Pontificio, & ad declarationem illius pertinentibus habes compoſita typis excudi faceres, idq́; facere proponas uita comite, & Deo iuuante impenſis tuis, & te præſente, quo correctiora, auctiora, & politiora prodeant, nobis humiliter ſupplicari feciſti, ut in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos te amplioris gratiæ fauore proſequi uolentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Apoſtolica auctoritate tenore præſentium declaramus, intentionem noſtram eſſe, ut prædicti Pauli prædeceſſoris noſtri literæ, quæ de lecturis loquuntur, habeant etiam locum in aliis Commentariis, libris, & tractatibus, quos tu edideris ſuper ijs, quæ pertinent ad prædicti Iuris pontificii declarationem. Non obſtantibus omnibus ſupradictis, quæ idem Paulus prædeceſſor in dictis præinſertis litteris voluit non obſtare. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die xviij. Maii M. D. L X X I. Pontificatus noſtri anno ſexto. Ac cum poſt modum videlicet nonis Nouembris, Pontificatus noſtri anno primo, eundem Martinum ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, ſtatuerimus, prædictoq́; Martino conceſſerimus litteras fœl: recor. Pauli Tertii, & Pii V. prædeceſſorum noſtrorum præinſertas locum habere, & ſe extendi in his, quæ de lecturis, & aliis loquuntur in quibuſcunque Commentariis, & tractatibus, quæ idem Martinus ediderit, ſuper præd. ct. Iuris Canonici declaratione, & interpretatione, & præſertim ſuper Manuali Confeſſariorum, ab eo prius lingua Hiſpanica edito, nunc recognito, aucto, latinitateq́ue donato. Cum autem, ut accepimus, in obſequium Dei ſacroſanctæque Sedis Apoſtolicæ non ſine magno labore duobus annis proximè præteritis idem Martinus intenderit, & in præſentia intendat recognitioni operum ſuorum tam editorum, quàm non editorum, quo emendatoria, defæcatiora, auctiora, & utiliora effecta typis excudantur. Nos eundem Martinum amplioribus fauoribus, & gratiis proſequi uolentes, Motu proprio; non ad dicti Martini, aut alterius pro nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, indultum, inhibitionem, declarationem, decretum, derogationem, aliaque omnia in præinſertis litteris apoſtolicis, & earum ſingulis contenta ad decem annos à Data præſentium computandos, ita vt quis ea, vel illorum partem aliquam ſine ſuo expreſſo ad id in ſcriptis conſenſu imprimere, uel alibi impreſſa dicto decennio durante vendere, aut venalia tenere, donare, aut permutare non poſſit Apoſtolica auctoritate tenore præſentium prorogamus, extendimus, & ampliamus, & quemlibet contrauenientem cenſuras, & pœnas in præinſertis litteris contentas eo ipſo, & abſque alia declaratione incurrere. Sicq́; per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique iudicari, & definiri debere, irritum quoq; & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, uel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis ac omnibus illis, quæ in omnibus ſupradictis litteris conceſſum eſt non obſtare cæteriſque contrariis quibuſcunque. Inſuper quia difficile ſoret, præſentes litteras ad quæcunque loca deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus ipſarum tranſumptis, & exemplis, & in eiſdem exemplis, lecturis, Commentariis, Manuali, & aliis operibus huiuſmodi impreſſis plenam, & eandem prorſus fidem vbique in iudicio, & extra adhiberi, quæ originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, uel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die xxi. Nouembris, Pontificatus noſtri Anno nono.

Cæ. Glorierius.

PIO LECTORI S.




NVMQVAM adeo noui, candide lector, illud omnibus notum, Curæ posteriores meliores, vt in hac huius nostri Enchiridij, siue Manualis recognitione vltima. Siquidem cum illud antehac ter recognouerim, emendauerim, reformauerim, atque auxerim: nihilominus nunc tot loca emendanda, reformanda, elucidanda & ordinanda inueni; quod cogor memoria repetere illud, quod Ecclesia Catholica Spiritu sancto illi Deo nostro æterno, donorumque omnium largitori cantat, & psallit; *Sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium, nihil sincerum, nihil limpidum, nihil integrum*. Cuius opem quàm humillime implorando, & quæcumque dixerim Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ, quæ vna, vt suprema omnium est magistra, censuræ, & cuiusuis alius melius sentientis iudicio summittendo, conabor, vt hoc opus omni nationi orthodoxæ hactenus gratum, posthac sit longe gratius. Ob quod etiam omittimus multa, quæ ad te præfati fuimus in primis tribus editionibus, eo quorundam piorum, & prudentium consilio, ne quæ tunc ob aliquas causas erant opportuna, nunc eis cessantibus tibi videantur importuna. Omittimus etiam asteriscos hactenus additos, & in hac recognitione addendos; ne frequentia eorum Lectorem remoretur, & eius attentionem impediat. Nomina item eorum, ob quorum interrogata, & monita multa addidimus, & addimus, quia nonnulli eorum nolunt nominari; & nonnullis aliorum nominatio displicet; & modestia prudentia, quæ maxima est, Romana id quodam tenus fastidit.

Vale in Christo Iesu, qui nos omnes saluet. Amen.



GEORGIVS CALANDRVS LVSITANVS I. C.

Candido Lectori S.



XPECTABAM, *Lector beneuole, aliam maiorem occasionem, qua possem Domino, ac præceptori meo officij mei debitum ex integro persoluere: sed recens editio aurei Enchiridij, siue Manualis Confessariorum, & operum aliorum eiusdem frequentia non patiuntur longiores moras, & me quasi nolentem cogunt, vtcumque prodire foras, ac illum veluti magnæ summæ creditorem, leui quodam, sed grati animi indice, munusculo præuenire, donec pleno aliquando opere satisfaciã. Sic frondibus coronantur Diuorum altaria, & mola litant, qui thura non habent. Quod autem præcipuè me ad hoc adegit, est, quòd arbitrer è Republica Christiana esse, vt vel leuis notitia habeatur de magna æstimatione eruditionis eius; quam cum vitæ integritate coniunctam semper habuit, deque qualitate operum eius, quo libentius ea legantur. Ob oculos ergo propono tibi, Candide Lector, vnum nostri sæculi doctrinæ, an sanctitatis exemplar D. Martinum ab Azpilcueta Doctorem Nauarrum, qui tam præfato Manuali, quàm omnibus alijs, vtrumque sartum tectum ostendit. Alterum quidem, dum primum in se, deinde in alijs uitia omnia atque peccata remedijs opportunis extirpat, & actus hominum ad bene beateque uiuendum sedulo instruit. Alterum dum in ijs rite peragendis omnia iuris diuini, & humani, & utriusque philosophiæ penetralia reserat, & abstrusa quæque recludit, & in medium profert, ea copia, ut nihil addi possit, ea breuitate, ut nihil diminui, tanto in hac ultima manu suis prioribus superior, quanto suæ priores aliena superarunt. Sic sunt eiusdem Auctoris opera nouissima, uel quæ addendo prioribus olim editis locupletat; quæ de nouo nunc edit plurima. Vergente quippe deorsum conditione corporea, uigor spiritus in sublimiora conscendit, & quasi alter naturæ cygnus, quo morti proximior, eo suauius modulatur. In eo sub tenui carne tenuissima spiritus enitescit; quasi sine carne totus spiritus. Nil turbidum manat, nil insipidum: sed omnia pura, ac defæcata, utroque sale, tam conscientiæ, quam scientiæ bene condita. Fluunt ex ore doctrinæ, ac sanctitatis flores, Amaltheæ cornu copiam dixeris, sic gratiæ, ac lepores, doctæ ac beatæ animæ circumstant undique, siue antiquis operibus addit, siue de nouo cudit. Vtriusque temporis ego testis oculatus sum, qui à quadraginta annis Salmanticæ, & Conymbricæ (Castellæ, ac Lusitaniæ literarum Emporijs) cœpi sub eius disciplina operam iuri nauare; & usque ad præsens, quo*

Roma

Romæ in almo gymnasio, gratia S. D. N. Gregorij XIII. Pont. Opt. Max. iam per septennium iuris Pontificij ordinarius interpres, quantumuis minimus existo, eiusdem D. mei præceptoris eximijs scriptis addisco, & quotidie proficio sicut omnibus multum, sic magis nouissimè. Quanto igitur maiori laude putas, Candide Lector, quòd celebrare potuissent hodierna eius opera insignes illi duo uiri, quorum epigrammata subijciuntur edita Conymbricæ ab hinc annis trigintaquinque, quo tempore ille primos suos edebat fœtus; quorum alter heroico, alter elegiaco carmine cecinerunt, toto orbe iam tunc celeberrimum Nauarrum, tum prælegendo, tum de iure respondendo in inclytis Hispaniarum Academijs ea, quæ didiscerat, simul & docuerat antea iunior in Gallicanis, si uidissent eundem nunc longe seniorem, & maiori otio Romæ uetera sua augentem, & noua in dies proferentem; & utraque ingenio acutissimo exornantem, industria solertissima elaborantem, doctrina absolutissima perficientem, gratisq; ad quæsita tamquam alterum iuris Apollinem ex tripode respondentem? Deduxi, Candide Lector, magni mei præceptoris, ac domini primas hic tantum lineas, depingent alii suos colores, hoc artem oratoriam, in qua non adeo uersor, desiderat, illi simplex ueritas, in qua soleo uersari, sufficit. Bene uale, & fruere.

Romæ XX. Martii. MDLXXIX.



DVO EPIGRAMMATA ILLORVM DVORVM INSIGNIVM VIRORVM,

Quos Regia Maieſtas ex Gallia Conymbricam magnis honorarijs duxit, primis Authoris operibus ante triginta annos Conymbricæ adiecta.

Alterum illius eruditiſſimi, qui tunc inſignis Collegij bonarum artium Conymbricenſis profeſſor erat primarius.

AD AVTHOREM.



ACTE animi, venerande ſenex, qui pectore ſancto
Abdita ſecreti referas penetralia Iuris:
Et veras recludis opes; vitijq; rebellis
Sæpe renaſcentẽ reſecas rationibus herbã.
Non tu Dictæo mendacia callidus antro.
Authoremq; Iouem fingis, lucoue Capeno
Auia nocturnæ ſimulas commertia nymphæ,
Nec tripodas Phœbi mentia oracula fundis:
Sed liquidas veri puris de fontibus vnda
Pectora noſtra rigas; moresque in praua fluentes
Corrigis, & iuſtis legum compeſcis habenis.
Spes nimias; animosque feros moderamine flectis
Pontifices tu per ſacros, dominosque potentis
Auſoniæ, Regesque doces diſcrimine certo
Noſſe modum iuris; flexuque obliqua doloſo
Exigis ad Canones interpres commodus æquos.
Ergo velut dubijs Phœbæa oracula rebus,
Aut libycas ſortes, aut Dodonea petebant
Templa inopes veri, trepidoque inſtante tumultu:

Sic

Sic cum perplexis mentes ambagibus error
Implicat, & iuris ſinuoſo tramite fallit
Semita; tu dubios regis errantesque reducis,
Confirmas trepidos, reuocasque in cœca ruentes:
Et mala ne ſerpant rabioſa ſemina litis,
Ante caues: & iuſtitiæ præceptor inermis
Aurea compoſitis inſtauras ſecula bellis.

ALTERVM IACOBI TEVII I. C. ELOQVENTISSIMI AD EVNDEM.



Ens, lingua, ingenium, naturæ dona parentis
Sint licèt, artificis munere cuncta nitent.
Pura quidem, & minimis mens candida ſordibus vt ſit
Natura, arte eadem purior eſſe poteſt.
Linguæ itidem ſonitum præbet natura ſuauem;
Suauior, vt fiat, poſtulat artis opem.
Quis neget ingenium noſtra magis arte iuuari;
Vt ſolet aſſiduo vomere cultus ager?
Hæc data diuino tria ſunt tibi munere dona,
Mens pia, & ingenij lumen, & oris opes.
Purius illa tamen ſtudijs exculta niteſcunt,
Et rude ſi quid erat, ſedulus arte dolas.
Sydera ceu claro debent ſua lumina Phœbo;
Sic ſua virtutum lumina terra tibi.
Sermo fluit facilis, ſapienti è pectore manans:
In ſene doctiloquo Neſtore qualis erat.
Teſtis erit linguæ, & mentis latiſſimus orbis;
At quale ingenium ſit tibi ſcripta docent.

Nicolaus Deponte Dei gratia Dux Venetiarum, &c.



NIVERSIS & ſingulis Rectoribus, Poteſtatibus, Capitaneis, cæteriſque miniſtris & iuſdicentibus noſtris, nec non Magiſtratibus huius Vrbis noſtræ Venetiarum, præſentibus & futuris. Significamus hodie in Conſilio noſtro Rogatorum captum fuiſſe partem tenoris infraſcripti, videlicet; Che non oſtante parte alcuna in contrario, ſia conceſſo à D. MARTINO Azpilcueta Nauarro, ch'altri ch'egli, ò chi harrà cauſa da lui, non poſſa per ſpatio de anni vinti, ſtampar nel Dominio noſtro, ouero ſtampato altroue, in eſſo vender il libro ſuo, Manuale de Confeſſori intitolato, non oſtante che prima l'habbia fatto ſtampar fuori del Dominio noſtro, & ciò ſotto pena di ducati trecento, da eſſer diuiſi, un terzo à l'accuſator, uno al Magiſtrato, che farà l'eſſecutione, & l'altro alla caſa noſtra dell'Arſenal, & nel reſto ſia tenuto di oſſeruar quanto è diſpoſto per le leggi noſtre in materia di ſtampe. Quare auctoritate ſupradicti Conſilii mandamus uobis, ut ſupradictam partem obſeruetis, & ab omnibus inuiolabiliter obſeruari faciatis.

Dat. in noſtro Ducali Palatio. Die iij. Decemb. Indict. 9. M. D. LXXX.

Laurentius Maſſa Secr.

1580. Adi 20. Decembrio.
Io Zuane de Ogniben Comandador ho intimado il ſopradetto priuilegio à i Librari, & Stampadori di queſta Città.

Quoniam elenchus præludiorum inseritur infra initio præludiorum, ideo hic tantum inserimus Elenchum capitum in hanc, quæ sequitur, formam.

Elenchus capitum.





colorchecker CLASSIC

calibrite